



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 21. Nomina post transmigrationem eorum. Reddo hæc sicut & alia  
ut sunt in m. s. neq[ue] dubito quin vitiosa, quæ corrigere poteris ex 1.  
Paralip. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

vsq; ad Christum Olympiades LXXX. faciunt annos CCCXX. A Christo autem vsq; ad annum XIII. Alexandri Olympiades LVIII. quæ sunt anni CCXXXVI. Sunt ergo omnium Olympiades vsq; ad annum XIII. Alexandri Cæsaris Olympiades CCLIII. quæ sunt anni mille duodecim.

**Caput 20.**  
Nomina primorum progenitorum.

**A**Dam Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iareth, Enoch, Matusalem, Lamech, Noe, Sem, Arfaxat, Sala, Heber, Faleth, sub quo diuisa est terra; Ragan, Sarug, Nachor, Thara, Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, Phares, Efron, Aram, Aminadab, Naasson, Salma, Booz, Obeth, Iesse, Dauid, Salomon, Roboam, Abiam, Asa, Iosaphat, Ioram, Ochozias, Ioas, Amasias, Ozias, Iotham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Iosias. Iosias autem genuit Ioraam & Ioachim & fratres eius Heliachim qui & Ioachim, & Sedechiam qui & Iechonias dictus est Salum.

**Caput 21.**  
Nomina post transmigrationem eorum. Reddo hæc sunt & alia ut sunt in m. s. neq; dubito quin vitiosa, quæ corrigere poteris ex 1. Paralip. 3.

**I**N transmigratione autem Babylonie Ioachim genuit Iechoniam & Sedechiam. Iechonias autem genuit Salathiel, Fanneum, & Salé, Saer, & Iechoniam, Ortamo & Deebi & Filifanta Zorobabel & fratres eius Zorobabel, Melechiam & Fanue. Filij autem eius Abiud & Mosolam & Ananias, & Salade soror eorum & Sedbel & Thoul & Archia, & Asadia, & Sobosed. Edificatum est Sanctuarium tempore Zorobabel. Huius filij Abiud; dehinc Eliacim, Azor, Sadoe, Achim, Heliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Ioseph, cui desponsata fuit Virgo Maria, quæ genuit Christum.

**Caput 22.**  
Nomina Prophetarum.

**A**Dam, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Aaron, Hiesu Naue, Heldad & Medad, Nathan, Dauid, Salomon, & Modap, Alias Silonita, Sameus,